Hyoſciamus maxime idoneus medicamini, cuius flos & ſemen albi ex tertio ordine refrigerantium, alij autē fugiendi, quia nulli bono uſui, & lethales ſunt. Omnes grauant caput, & in furias agunt, Latini altercum ſiue altercangenum uocant. ὑοσκύαμος

Hypericon calefacit & arefacit cum ſit tenuium partiū eſſentiæ, ut urinas & menſtrua prouocet. Oportet autem ad hęc capere non ſemen modo, ſed etiam foliū appoſitus uiridis ad cicatricem poteſt hulcera adducere, præſertim igni uſta. Aridum autem leue pigmentatum, gratilia & tabida hulcera medicatur. Iſchiadicis nonnulli præbent potandum. ὑπερικόν folia rutæ habet, frutex eſt ſurculoſus.

Hyſſopum calefacit & arefacit in tertio ordine, tenuiumq; partium eſt. ὕσσωπον

Hypogloſſum ita nominatū, quod præter naturam ſubactis corymbris faciat lingularium. Eſt autē radix & ſuccus uirgulti mollificantis potentiæ.

De incipientibus ab Z.

ZEa mediam uim habet inter triticū & ordea, quare & ex illis dinoſcitur ζεά

Zinziber, zinziberis radix ualide calefacit non iuxta primam iniectionem, ζιγγίβερι

ut piper, ob hoc particeps eſt craſſarũ partiũ ſuperfluitatis aquoſę, ideo facile ſauciat

ζύθος Zythus acutior eſt ordeo, & mali ſucci, utpote ex putredine factus, & ſufflans, acutum & calidum habens, plurimum uero refrigerans, aquoſum acidum.

ζυμη Zyme, fermentum tenuium eſt partiũ, & mediocriter calidum, ob hoc ſecurum & ſine uellicatione, euellit autem radicitus & diſtrahit. Miſcetur ex contrarijs potentijs, acore, frigiditate, & caliditatate, & aliorum, & farinæ.

De uaria terrarum qualitate.

QVæ ſint ſtirpium partes, & fructus, & ſucci, et iura, dictum eſt hactenus, Nunc reliqua medicamina proſequamur, quæ ſint terræ ſpecies, & quæ nã metallorum. Terram ex cõſuetudine uocant omnes eam ſolam eſſentiam, quæ humore ammixta, lutum efficitur, nam quę in metallis inuenitur, dura euadit, intingi autem dicitur, cum per totam humectatur eſſentiam. In ſola aſpergitur ſuperficie, cũ nõ introrſum penetrat humiditas. At oĩs terra aridam uim habet, quoniam natura ſuapte aridũ habet corpus, & cum ad mo